Bechmann, Friedemann: Institutiones Logicae Ex Aristotele, Eiusque optimis tum Graecis tum Latinis Interpp. concinnatae
Gotha, 1677 [VD17 39:135095N] Seite 249b



## CAP. VI.

# *DE* ENUNCIATIONE FINITA ET INFINITA.

**I.**

PRædicatis abſolutis enunciationis ſimplicis anumeratur etiam hoc, quòd eſt vel finita vel infinita.

2. Competit autem hoc prædicatum disjunctum enunciationi mediatè, mediantibus ſcil. terminis, nempe ſubjectô & prædicatô, quibus immediatè competit finitas & infinitas. Sicut igitur ſubjectum & prædicatum eſt vel finitum vel infinitum: Ita hoc ipſum competit, mediante ſubjectô & prædicato, ipſi etiam enunciationi, ut & hæc ſit vel finita vel infinita.

3. Enunciatio finita eſt, quæ nec in ſubjectô, nec in prædicatô negationem habet, quæ immediatè nomen, aut quod vice nominis eſt, afficiat, e.g. *ignis eſt calidus*, *aqua eſt ſicca*.



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/bechmann1677/0513
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg